

- dietate nostra, siue de medietate illorum deinde. Item, quod alicui, qui non fecerit habitationem continuam ibi cum suo domicilio quinque annis, non possit per aliquos nostros rectores dari aliquod officium uel castellania deinde, uidelicet medietas tangentis illos deinde, sub penis, stricturis et ligaminibus contentis in parte superius anotata. Et duret hec pars quinque annis, et tantum plus, donec fuerit revocata, intelligendo, quod si aliquis noster Venetus de hinc iret ad partes Crete, et ibi uxoraetur occasione habitandi ibidem, de ipsis officijs possit accipere et habere eciam si ibi non habitauerit quinque annis. Et si consilium uel capitulare etc.

27

Ἀπαγορεύεται εἰς τοὺς ρέκτορας νὰ προσλαμβάνωσι νοταρίους, οἵτινες προὔπηρξαν τοιοῦτοι τῶν προκατόχων τῶν. 1345, Ὀκτωβρίου. 4.

F^o 143^{to} Millesimo trecentesimo XLV, die IIII Octobris.

- Capta. Cum prohybitum sit multis nostris rectoribus, quod non possit tenere uel habere pro suo notario qui fuerit et steterit cum suo precessore, et hoc sepius reuocetur concedendo licentiam rectoribus, quod possint tenere notarium sui precessoris, et isto modo sunt aliqui et plures, qui steterunt multos annos continuos in dictis regiminibus pro notarijs, quod redundat in damnum terrarum nostrarum, ubi sic stant et in corruptionem multam; et subditi terrarum nostrarum conquesti sint nobis de grauaminibus, que recipiunt a talibus notarijs stantibus longo tempore in officijs; vadit pars, quod dicta inhibitio fiat et seruetur in omnibus nostris rectoribus ubique constitutis, addendo quod qui fuerit notarius, uel cancellarius, iudex, uel socius, nec alicuius nostri rectoris in aliquo regimine, non possit esse notarius, uel cancellarius, iudex, uel socius nec in aliquo officio in dicto regimine, in quo fuerit, usque ad duos annos proximos post complementum rectoris, cum quo iuerit, uel fuerit. Et hoc reuocari non possit, nisi per sex Consiliarios, tria Capita de XL, XXXV de XL et tres partes maioris Consilij. Et predicta addantur in commissionibus omnium rectorum nostrorum. Et predicta intelligantur et seruentur etiam in illis qui sunt modo in dictis officijs cum nostris rectoribus. Et si consilium est contra sit reuocatum quantum in hoc.

28

Τῷ 1340 κατὰ μῆνα Νοέμβριον ἀπεφασίσθη ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου Βενετίας, ὅτι, αἱ εὐρισκόμεναι περὶ τὸ τέρμα μισθώσεις τῶν κτημάτων τῶν χωρίων τῆς νήσου Κρήτης τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν κοινότητα, δὲν ἠδύναντο νὰ ἀνανεωθῶσι λόγῳ χάριτος, ἀλλὰ μόνον διὰ δημοπρασίας, ἐπὶ ποινῇ λιτρῶν 100 δι' ἕκαστον Σύμβουλον Βενετίας, Πρόεδρον καὶ οἷον δήποτε ἄλλον προτείνοντα. Ἐπειδὴ ὑποστηρίζεται ὅτι πλὴν τούτων καὶ ἄλλα χωρία περιῆλθον εἰς τὴν κοινότητα, εἴτε λόγῳ τῶν ἐπαναστάσεων, εἴτε ἄλλως πως, καὶ ὅτι ταῦτα δὲν ἦσαν ἐξ ἐκείνων τὰ ὅποια ἐμισθοῦντο καὶ



ἐπομένως δὲν συμπεριλαμβάνοντο εἰς τὴν ἀπαγόρευσιν, ἀποφασίζεται ὅπως πάντα τὰ χωρία, τὰ νῦν ἀνήκοντα εἰς τὴν κοινότητα καὶ ὅσα εἰς τὸ μέλλον θὰ ἀνήκωσιν εἰς αὐτήν, μισθῶνται διὰ δημοπρασίας. Ἐξαίρεσις τῆς ἀποφάσεως ταύτης γίνεται διὰ τὰς ἐκκρεμεῖς αἰτήσεις, τὰς ἤδη εὐρισκομένας ἐν τῇ καγγελλαρίᾳ. 1345, Νοεμβρίου 20.

F^o 144^r Millesimo trecentesimo XLV, die XX Nouembris.

Capta. Cum in millesimo $\frac{c}{ij}$ quadragesimo, mense Nouembris captum fuerit in isto maiori Consilio, eo quod casalia comunis de insula Crete erant pro complendo terminum afflictationis ipsorum, quod de ipsis non posset concedi alicui per gratiam, nec in solutum sub pena librarum c pro quolibet consiliario et quolibet capite, et quolibet alio ponente partem in contrarium, sed quod irent ad incantum secundum consuetudinem; et dicatur quod aliqua casalia postmodum et de nouo deuenerint in comune, uel per rebellionem, uel alio modo, que quia non sunt de illis, que consueuerunt afflictari; dicitur quod non comprehenduntur sub prohibitione dicti consilij, et melius sit pro comuni, quod omnia sint stricta et ad unam conditionem; uadit pars, quod omnia casalia postmodum et de nouo acquisita per comune, uel que acquirerentur decetero in insula Crete quocumque modo, intelligantur et sint sub prohibitione et pena in consilio predicto contenta, et ad eorum conditionem per totum. Exceptando in hoc aliquas petitiones, que sint in curia ad presens, faciendo mentionem de ipsis nouis casalibus comunis. Et si consilium est contra etc.

29

Οἱ διάφοροι δικαστικοὶ ἐν Κρήτῃ παραμένουσιν εἰς τὰς θέσεις των ἐπὶ διετίαν, ἐπὶ πλέον δὲ μέχρι τῆς ἀφίξεως τῶν διαδόχων των. 1347, Μαρτίου 15.

F^o 150^{to} Millesimo trecentesimo XLVII, die XV Marcij.

Cum fiant quotidie domini de nocte in Candia et aliqui iudices, qui mittuntur pro duobus annis, et Ducha et consiliarij Crete in complemento duorum annorum statim elligunt deinde alios loco illorum, qui compleuerunt duos annos, et credatur, quod intentio Domini fuerit et sit sicut est in rectoribus qui mittuntur illuc, et alio, quod sint per duos annos, et tanto plus quantum successor eorum distulerit illuc esse; uadit pars, quod ordinetur quod sic debeat obseruari, quod stare debeant in ipsis officijs et iudicibus per duos annos, et tanto plus, quantum successores eorum induciauerint illuc ire. Et si consilium etc.

30

Οἱ ρέκτορες δὲν δύνανται νὰ παραιτηθῶσιν οὔτε ἅμα τῇ ἐκλογῇ των, οὔτε διαρκούσης τῆς ὑπηρεσίας των ἐπὶ ἀπειλῇ ποινῶν. 1348, Ἰουλίου 10.

F^o 157^r Millesimo trecentesimo XLVIII, die X Julij.

